

PROPER of the MASS  
**COMMON OF A CONFESSOR NOT A BISHOP**  
"JUSTUS UT PALMA"

*Ps. 91. 13, 14, 2* INTROIT

JUSTUS ut palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur: plantatus in domo Domini: in atrii domus Dei nostri. (T.P. Alleluia, alleluia.) Ps. Bonum est confiteri Domino: et psallere Nomini tuo, Altissime. *Ÿ*. Gloria Patri.

The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up like the cedar of Libanus: planted in the house of the Lord, in the courts of the house of our God. (P.T. Alleluia, alleluia.) Ps. It is good to give praise to the Lord: and to sing to Thy Name, O Most High. *Ÿ*. Glory be to the Father.

COLLECT

ADESTO, Domine supplicationibus nostris, quas in beati N. Confessoris tui solemnitate deferimus: ut qui nostrae iustitiae fiduciam non habemus, eius qui tibi placuit precibus adiuvemur. Per Dominum.

Hearken, O Lord, unto our supplications, which we present to Thee on the feast of blessed N. Thy Confessor: that we, who put not our trust in our own righteousness, may be aided by the prayers of him who was well-pleasing to Thee. Through our Lord.

*I Cor. 4. 9-14.* EPISTLE

FRATRES : Spectaculum facti sumus mundo, et angelis, et hominibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. Usque in hanc horam et esurimus, et sitimus, et nudi sumus, et colaphis caedimur, et instabiles sumus, et laboramus operantes manibus nostris: maledicimur, et benedicimus: persecutionem patimur, et sustinemus: blasphemamur, et obsecramus: tamquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema usque adhuc. Non ut confundam vos, haec scribo, sed ut filios meos carissimos moneo: in Christo Iesu Domino nostro.

Brethren, We are made a spectacle to the world, and to angels, and to men. We are fools for Christ's sake, but you are wise in Christ; we are weak, but you are strong; you are honorable, but we without honor. Even unto this hour we both hunger and thirst, and are naked, and are buffeted, and have no fixed abode; and we labor, working with our own hands: we are reviled, and we bless; we are persecuted, and we suffer it. We are blasphemed, and we entreat; we are made as the refuse of this world, the offscouring of all even until now. I write not these things to confound you; but I admonish you as my dearest children: in Christ Jesus our Lord.

*Ps. 36. 30, 31*

OS iusti meditabitur sapientiam, et lingua eius loquetur iudicium. V. Lex Dei eius in corde ipsius: et non supplantabuntur gressus eius.

*Ps. 111. 1*

ALLELUIA, alleluia. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. Alleluia.

*From Septuagesima the Alleluia and the Verse Beatus vir are omitted and the following is said:*

*Ps. 111. 1-3*

BEATUS vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. V. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. V. Gloria et divitiae in domo eius: et iustitia eius manet in saeculum saeculi.

*During Eastertide the Gradual is omitted and the following Alleluia is said:*

*James 1. 12; Osee 14. 6*

ALLELUIA, alleluia. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. Alleluia. Iustus germinabit, sicut lilius: et florebit in aeternum ante Dominum. Alleluia.

*Luke 2. 32-34.*

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Vendite quae possidetis, et date eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in caelis: quo fur non appropriat, neque tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus vester est, ibi et cor vestrum erit.

GRADUAL

The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgement. V. The law of his God is in his heart: and his steps shall not be supplanted.

ALLELUIA

Alleluia, alleluia. Blessed is the man that feareth the Lord: he shall delight exceedingly in His commandments. Alleluia.

TRACT

Blessed is the man that feareth the Lord: he shall delight exceedingly in His commandments. V. His seed shall be mighty upon earth: the generation of the righteous shall be blessed. V. Glory and wealth shall be in his house: and his justice remaineth for ever and ever.

PASCHAL ALLELUIA

Alleluia, alleluia. Blessed is the man that feareth the Lord: he shall delight exceedingly in His commandments. Alleluia. The just shall spring as the lily: and flourish for ever before the Lord. Alleluia.

GOSPEL

At that time, Jesus said to His disciples: Fear not, little flock, for it hath pleased your Father to give you a kingdom. Sell what you possess and give alms. Make to yourselves bags which grow not old, a treasure in heaven which faileth not: where no thief approacheth, nor moth corrupteth. For where your treasure is, there will your heart be also.

*Ps. 20. 2, 3.*

IN virtute tua, Domine, laetabitur iustus, et super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animae eius tribuisti ei. (T. P. Alleluia.)

PRAESTA nobis, quaesumus omnipotens Deus: ut nostrae humilitatis oblatio, et pro tuorum tibi grata sit honore Sanctorum, et nos corpore pariter et mente purificat. Per Dominum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cœli, celorumque Virtutes ac beata Seraphim sociâ exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

*Matthew. 19. 25, 29.*

AMEN dico vobis: quod vos, qui reliquistis omnia, et secuti estis me, centuplum accipietis et vitam æternam possidebitis. (T. P. Alleluia.)

QUAESUMUS, omnipotens Deus: ut, qui caelestia alimenta percipimus, intercedente beato N. Confessore tuo, per haec contra omnia adversa muniamur. Per Dominum.

OFFERTORY

In Thy strength, O Lord, the just man shall joy, and in Thy salvation he shall rejoice exceedingly: Thou hast given him his hearth's desire. (P. T. Alleluia.)

SECRET

Grant, we beseech Thee, almighty God, that the offering we humbly bring, may both be pleasing to Thee for the honor of Thy Saints, and cleanse us alike in body and soul. Through our Lord.

COMMON PREFACE

It is truly meet and just, right and for our salvation that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God: through Christ our Lord. through Whom the Angels praise Thy Majesty, Dominationes worship, Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. Together with them we entreat Thee, that Thou mayest bid our voices also to be admitted, while we say in lowly praise:

COMMUNION

Amen I say to you, that you, who have left all things and followed Me, shall receive a hundredfold, and shall possess life everlasting. (P. T. Alleluia.)

POSTCOMMUNION

We beseech Thee, almighty God, that we, who have received heavenly nourishment, may through it, by the intercession of blessed N., Thy Confessor, be defended against all adversity. Through our Lord.